

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Testimonium a cum fonte primo

Tres testes unum sunt, sicut
Iohannes dixit: aqua, sanguis et Spiritus;

unum in misterio, non in natura. Aqua
igitur testis est sepulture, sanguis testis
est mortis, Spiritus testis est uite. Si qua
ergo in aqua gracia non ex natura aque,
sed ex presencia est Spiritus.

Ambrosius de Spiritu sancto libro I.

Et ideo *hi*
tres testes unum sunt, sicut
Iohannes dixit, aqua, sanguis et spiritus
(I. Iohan. 5:8),
unum in mysterio, non in natura. Aqua
igitur testis est sepulturae, sanguis testis
est mortis, spiritus testis est vitae. Si qua
ergo in aqua gratia, non ex natura aquae,
sed ex praesentia est spiritus
sancti.

Ambrosius Mediolanensis, *De Spiritu
sancto*, 1, 6, 77 (CSEL 79, O. Faller ed.,
p.47, ll.9-13).